Borathinska cum Staniszewski

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Premislien.
Generosa Barbara de Strzelczyska Consors legitima Generosi Joannis Bo
rathinski vexilliferi Terrae Premislien. cum assistentia eiusdem Generosi Joan
nis Borathinski vexilliferi Terrae Premislien. et consensu Generosi Chri
stophori Rzeszowski fratris sui patruelis penes ipsam personaliter
stantium aliisque ad infrascripta omnia faciendum libere consentientium, Acticis districti
bus Juribus suis omnibus propriis renuncians, Juri vero Castren. Premi
slien. Juridicioni se successores suos bonaque sua universa in toto quoad actum
praesentem totiusque inscriptionis praesentis attinet incorporando et subjiciendo, sana
mente corpore existens facto benivole et sponte expressique recognovit
quod Nobili Stanislao Staniszewski eiusque legitimis successoribus summam
Quingentorum florenorum pecuniae monetae Polonicalis singulum florenum triginta gros.
sis Polonicalibus computando, certi veri liquidi atque mutuati debiti tantum
est debita. Quam summam suprascriptam praedicta Barbara Bo
rathinska cum assistentia personali ipsiusque mariti et tutoris sui, fratrisque
eiusdem patruelis consensu se successores super bonis suis inscribit pre
dicto Stanislao Staniszewski eiusque posteris hinc pro die et festo
Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo hic in Castro Premisli
en. coram Actis praesentibus Castren. Premislien. totaliter et plenarie dare sol
vere reponere sub vadio similis summae Quingentorum florenorum pecuniae
monetae Polonicalis in casu non solutionis originalis summae pro tempore
ac solutioni praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo, Quod
vadium nullo decreto ad id accedendo virtute solius inscriptionis praesentis
in summam capitalem et essentiale debitum convertetur, ita ut in summa
Mille florenorum pecuniae monetae Polonicalis reddere debebit. In quaquidem
summa simul cum vadio juncta Mille florenorum pecuniae praedicta
Barbara Borathinska cum consensu praedicti mariti et eiusdem fratris
sui se successores super bonis suis inscribit praenominato Stanislao Stani
szewski vel eo deficiente successoribus illius in bona sua scilicet Stani
szewski totam villam Zalosierzele necnon Hortulanos in villa Radlowice
residentium Cum agris praedialibus incipiendo in longitudine a praedio
in villa Strzelczyska usque ad viam quae tendit ex oppido Mo

sciska versus villam Lipnik, in latitudine vero ab agris Nobilis
Christophori Rzeszowski usque ad piscinam post praedium existentem in villa
Strzelczyska sita, et earundem limitibus integrorum proprietate, abusque ad ea
bona recensita attinentibus nil excipiendo et excludendo, dare
et libere admittere realemque et actualem et pacificam possessionem per
Ministerialem Terrae Russiae quemcunque praenominatus delegerit Nobilis Stanis
laus idemque ex officio praesenti ad id addendum sub vadio summae similiter Mil
le florenorum pecuniae monetae Polonicalis in defectu earundem intromissionum admittendum ipso
facto ad solvendum virtute solius inscriptionis praesentis succumbendo. Per ipsum
Stanislaum Staniszewski vel eo deficiente successores illius bona praeno
minata scilicet villam integram Zalosierzele et hortulanos in villa Radlowi
ce, cum agris praedialibus incipiendo in longitudine a praedio in vil
la Strzelczyska usque ad viam quae tendit ex oppido Mosciska
versus villam Lipnik. In latitudine vero ab agris Nobilis Christo
phori Rzeszowski usque ad piscinam post praedium existentem in villa eadem
Strzelczyska sita et earundem appertinentiis acceptat intromissione ad festo
Nativitatis Domini, A festo vero eodem Nativitatis Christi Do
mini in defectu exemptionis summae eiusdem similiter Mille flore
norum pecuniae absolutionem ad aliud simile festum Nativitatis Christi Domini tunc
proximum et sic consequenter a Nativitate ad Nativitatem de anno in an
num quousque sese summae et medietate sequentem usque ad debitam et suffi
cientem bonorum eorundem exemptionem summaeque eiusdem similiter plenam
persolutionem, in summa eadem similiter Mille florenorum pecuniae monetae Polonicalis
Cum iure dominio et proprietate ac cum omnibus suprascriptorum bonorum
attinentiis quibusque et connexis Item cum omnibus utilitati
bus proventibus et usufructibus ita prout sunt distincta ab aliis bo
nis ac prout ea bona ipsamet Barbara Borathinska et praedecessores
sui tenuit nil excipiendo et excludendo atque uti ipsa tenuit habendum
pacificeque sine omni perturbatione et impeditione quavis usque ad debi
tam completam praemissionum possidendum in eorundem tenuta. Datamque et
admissa in bona praeexpressa tali intromissione, debebit praedicta Bora
thinska cum successoribus quos sciendum cum consensu praedicti mariti et
fratris sui eiusdem super bonis suis inscribit et obligat praedictum Stani
slaum Staniszewski creditorem posterosque eius in dictis bonis secu
ros praeservatosque ac tueri conservare ab omni quavis molestia impeditio
ne

655

des qui in bona succedere vellet ea omnia adimplere et exequi erunt astricti. Nulla prescriptione terrae in premissis omnibus obstante

Stanißewski tenetur Korzenskij

Comparens personaliter coram officio Actisque presentibus Castri Premisliensis Nobilis Stanislaus Stanisszewski a tribus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis recedens presenti vero Castrensi Premisliensi iurisdictioni se succorrentem cum bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus summisque pecuniis in bonis quibuscumque inscriptis cuicumque iuri et iurisdictioni subiecit in toto quoad actum et effectum presentis inscriptionis totius abinde incorporandum et subiciendum sanus mente et corpore exstitit publice per expressumque recognovit quod Nobili Andree Korzenski et successoribus eius summam Quingentorum florenorum pecunie monete et numeri polonici singulum florenum triginta grossis polonicis computandum certi veri atque essentialis debiti tenetur et debitus. Quam summam preexpressam Quingentorum florenorum pecunie monete polonicae predictus Stanislaus Stanisszewski inscribit se succorrentem super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus summisque pecuniis ubivis habitis et habendis predicto Andree Korzenski aut posteris eius huius prodie et festo Conversionis sancti Pauli Apostoli proxime venturo die ad acta presentia Castri Premisliensis totaliter et plenarie dare solvere reponere relinquere in citatum exfidelibere aut quovis modo arrestare sub vadio similis summae Quingentorum florenorum pecunie monete polonicae in casu non solutionis predicte summae originalis pro eodem tempore solutioni prestituto ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendum. Quod vadium succubitum, mox eadem die solutione assignata absque pronis decreto virtute solius inscriptionis presentis in summam unam capitalem et essentiale debitum igitur in summam Mille florenorum pecunie monete polonicae cedere et converti debebit. Hocque vadium eadem summa essentiali mutuo Mille florenorum pecunie in et super omnibus predicti Stanislai Stanisszewski creditoris bonis mobilibus et immobilibus summisque pecuniis in bonis ville Wolgiszowice et alibi ubicumque habitis et habendis inscriptis extendetur prout ideo facto extenditur. Preterea memoratus Stanislaus Stanisszewski recognovit se succorrentem super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus summisque

pecuniis quibusvis ubivis habitis et habendis inscribit et obligat in manus eiusdem Andree Korzenski et successorum eius presentem inscriptionem ad acta terrae Premisliensis ad locum unius anni transportare similemque vel si opus erit buenit predictus Korzenski meliorem recognitionem facere sub vadio summae originali correspondentem Quingentorum florenorum pecunie monete polonicae in defectu transportationis inscriptionis ipso facto succumbendum. Pro quo quidem vadio in summam essentialem converso cum per summa principali vadioque alio rationi non transportationis inscriptionis presentis prolabendum si se fuerit Stanislaus Stanisszewski vel eo deficiente successores eius Andree Korzenski aut eius posteris citare permiserit et permiserit extra recedendum ab omni suo proprio et competenti foro coram presenti Castri Premisliensis officio cui se predictus recognovit succorrentem bonaque ea omnia superius specificata cum summas suas quasvis sibi ubivis servientem quo ad respondendum presentibus subiicit et incorporat semper in primis citationibus terminis tanquam peremptorio stare comparere audire ac pro vadio cum summa essentiali mutuo aliquo vadio reipsa satisfacere decretum et adiudicatum pati tenetur et successores tenebuntur. Eundem terminum primum et alios dies subsequentes termino nullis modis viis coloribus adinventionibus tergiversationibus ex iure consuetudinibus vim legum scriptarum in se complectentibus utentibus moribus comprobatis nec litteris quibusvis regalibus in prolongationem iusticie obiici solitis, bellisque colloquiis gratiosis et particularibus statutis sanctis et sanctionibus, vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori ac legalibus impedimentis in iure publico descriptis et non descriptis prorogandum excipiendum. Interregno minorenitateque successorum ultimam etatem non habendum se non tentandum. Ad quietationem mortificationemque presentis inscriptionis ad Cancellariam cum munimenta quaevis necessaria dotalia sed dilationis non petendum. Ab decretis quibusvis tam in accessorio quam principali nigro appellatum et factum nullas motiones cum appellationibus facientes neque ad prosequendum easdem tam iudicem quam partem adcitandum poenis statutis et iudicibus vadiatorum non evadendum. Et quidem nihil sibi suisque successoribus in auxilium eorum inscriptionem presentem eiusque defectum recipiendum sive et fuerit successorum sub quaestione causae totius et ultimo vadio quo solutio utriusque inscriptionis presentis et in ea omnibus contentis satisfacere tenebitur quovis opus fuerit. Nil